



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De motibus contemplationis, quos Dionysius assignat 4.c. de diuinis  
nomin. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

mini, ut species intelligibiles in phantasmatis videntur: sicut Philof. dicit in 3. de Anima. Sed tamen intellectualis cognitio non sistit in ipsis phantasmatis: sed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis. Et hoc non solum in cognitione naturali, sed etiam in eis, quæ per reuelationem cognoscimus. Dicit enim Dionys. 2. cap. Cælest Hierar. † quod angelorum hierarchias manifestat nobis diuina claritas in quibusdam symbolis figuratis: ex cuius virtute restitutum in simplum radium, id est, in simplicem cognitionem intelligibilis veritatis. Et sic intelligendum est quod Greg. † dicit, quod contemplantes corporali-um rerum umbras non secum trahunt: quia videlicet in eis non sistit eorum contemplatio, sed potius in consideratione intelligibilis veritatis.

a me. col  
ligitur.

loc. cit. in  
arg.

Ad tertium dicendum, quod ex verbis illis Gregorij non datur intelligi, quod Beatus Benedictus Deum in illa visione per essentiam viderit: sed vult ostendere, quod quia videnti Creatorem angusta est omnis creatura, consequens est quod per illustrationem diuini luminis de facili possint quæcumque videri. Unde subdit, Quantumlibet enim parum de luce Creatoris aspexerit, breue ei fit omne quod creatum est.

853

ARTIC. VI.

Virum operatio contemplationis conuenienter distinguatur per tres motus, circula-rem, rectum, & obliquum?

Su q 179

a. 1. ad 3

Et ver. 9.

8. ar. 15.

ad 3

q. 10. a 8

ad 10

Dio. 4. is.

7 cor 21.

Et op 10.

13. ca. 2.

Et 3.

\* p. 1. a

med.

† Ibid.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter operatio contemplationis distinguitur per tres motus, circula-rem, rectum, & obliquum, 4. cap. de Diuin. nom. \* Contemplatio enim tantum ad quietem pertinet: secundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam, conuiescam cum illa. Sed motus quieti opponitur. Non ergo operationes contemplatiuæ vitæ per motus designari debent.

¶ 2 Præterea, Actio contemplatiuæ vitæ ad intellectum pertinet, secundum quem homo cum angelis conuenit. Sed in angelis aliter assignat Dion. † hos

N n 3 mo.

motus, quā in anima. Dicit enim motum circularem angeli esse secundum illuminationes pulchri, & boni. Motum autem circularem animæ secundum plura determinat. Quorum primum est, introitus animæ ab exterioribus ad seipsam: secundum est, quædam convolutio virtutum ipsius, per quam anima liberatur ab errore, & ab exteriori occupatione: tertium autem est unio ad ea quæ supra se sunt. Similiter etiam differenter describit motum rectum veriusque. Nam rectum motum angeli dicit esse, secundum quod procedit ad subiectorum providentiam. Motum autem rectum animæ ponit in duobus. Primum quidem in hoc, quod progreditur ad ea quæ sunt circa ipsam. Secundum autem in hoc, quod ab exterioribus ad simplices contemplationes elevatur. Sed & motum obliquum diuersimode in verisque determinat. Nam obliquum motum in angelis assignat ex hoc, quod providendo minus habentibus manent in identitate circa Deum. Obliquum autem motum animæ assignat ex eo, quod anima illuminatur diuinis cognitionibus ratioculiter, & diffusè. Non ergo videntur convenienter assignari operationes contemplationis per modos prædictos.

¶ 3 Præterea, Richardus de sancto Victore in lib. de Contempl. \* ponit multas alias differentias motuum ad similitudinem volatiliū celi: quorum quædam nunc ad altiora se attollunt, nunc autem in inferiora demerguntur: & hoc sæpius reperere videtur. Alia verò dextrorsum, vel sinistrorsum diuertunt multoties. Quædam verò mouentur in anteriora, & posteriora frequenter. Alia verò quasi in gyrum rotantur, secundum latiores, vel contractiores circuitus. Quædam verò quasi immobiliter suspensæ in suo loco manent. Ergo videtur quod non sint solus motus contemplationis.

loc. cit. in arg. 2. IN contrarium est auctoritas Dionysij \*, q. 179. a. RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est supra, operatio intellectus in qua contemplatio efficitur.

tialiter consistit, motus dicitur, secundum quod motus est actus perfecti: ut Philosophus dicit in 3. de Anima f. Quia verò per sensibilia in cognitionem intelligibilium devenimus, operationes autem sensibiles sine motu non sunt: inde est, quòd etiam operationes intelligibiles quasi motus quidam describuntur, & secundum similitudinem diuersorum motuum earum differentia assignatur. In motibus autem corporalibus perfectiores, & primi sunt locales, ut probatur in 8. Physic. † Et ideò sub eorum similitudine potissimè operationes intelligibiles describuntur. Quorum quidem sunt tres differentia. Nam quidam est circularis, secundum quem aliquid mouetur uniformiter circa idem centrum. Alius autem est rectus, secundum quem aliquid procedit ab vno in aliud. Tertius autem est obliquus, quasi compositus ex utroque. Et ideò in operationibus intelligibilibus id quod simpliciter habet uniformitatem, attribuitur motui circulari. Operatio autem intelligibilis, secundum quam proceditur de vno in aliud, attribuitur motui recto. Operatio autem intelligibilis habens aliquid vniformitatis simul cum processu ad diuersa, attribuitur motui obliquo.

se. 28. f. 2

se. 55. c.

57. 10. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd motus corporales exteriores opponuntur quieti contemplationis, quæ intelligitur esse ab exterioribus occupationibus. Sed motus intelligibilium operationum ad ipsam quietem contemplationis pertinent.

Ad secundum dicendum, quòd homo conuenit in intellectu cum angelis in genere. Sed vis intellectiva est multò altior in angelo, quam in homine: & ideò alio modo oportet hos motus in hominibus, & in angelis assignare, secundum quòd diuersimode se habent ad vniformitatem. Intellectus enim angeli habet cognitionem vniformem secundum duo. Primum quidem, quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compositarum. Secundo, quia non intelligit veritatem intelligibilem discursiue,

*loc. cit. in  
arg.*

sed simplici intuitu. Intellectus verò animæ à sensibilibus rebus accipit intelligibilem veritatem, & cum quodam discursu rationis ipsius eam intelligit. Et idè Dion. † motum circulem in angelis adigat in quantum vniformiter, & indefinenter abique principio & fine intuentur Deum: sicut motus circulem carens principio, & fine, vniformiter est circa idem centrum. In anima verò antequam ad istam vniformitatem perueniatur, exigitur quòd duplex eius difformitas amoueat. Primo quidem, illa quæ est ex diuersitate exteriorum rerum, prout scilicet reliquit exteriora. Et hoc est, quòd primo ponit in motu circulem ipsam, introitum ipsius ab exterioribus ad se ipsam. Secundo autem oportet quòd remoueat secundam difformitatem, quæ est per discursum rationis. Et hoc idem contingit, secundum quod omnes operationes animæ reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis. Et hoc est quòd secundo † dicit, quòd necessaria est vniformis contemplatio intellectualium virtutum ipsius: vt scilicet cessat discursu figatur eius intuitus in contemplatione vniformis simplicitatis. Et in hac operatione animæ non est error: sicut patet quòd circa intellectum primi principiorum non erratur, quæ simplici intuitu cognoscimus. Et tunc istis duobus præmissis, tertio ponitur vniformitas conformis angelis, secundum quod prætermisiss omnibus in sola Dei contemplatione persistitur. Et hoc est quòd † dicit, Deinde sic vniformis facta vnità, id est conformiter vnitis sensibus, ad pulchrum, & bonum manuducitur. Motum rectum in angelis accipi non potest, secundum quòd in considerando procedat ab vno in aliud, sed solum secundum ordinem suæ prouidentie: secundum scilicet quòd angelus superior inferiores moueat per medios. Et hoc est quòd dicit, quòd in intellectu mouentur angeli, quando procedunt ad intentionum prouidentiam, recta omnia transeuntia, secundum ea quæ secundum rectum ordinem disponuntur.

*Dien e. 4  
de di no.**Idem eod.  
dem lo.*

ur. Sed rectum motum ponit in anima secundum hoc quod ab exterioribus sensibilibus procedit ad intelligibilem cognitionem. Obliquum autem motum ponit in angelo compositum ex recto & circulari, in quantum secundum contemplationem Dei inferioribus prouidet. In anima autem ponit motum obliquum similiter ex recto & circulari compositum, prout scilicet illuminationibus diuinis ratiocinando vitur.

Ad tertium dicendum, quod illæ diuersitates motuum, quæ accipiuntur secundum differentiam eius quod est sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, ante & retro, & secundum diversos circuitus, omnes continentur sub motu recto vel obliquo. Nam per omnes designatur discursus rationis. Quod quidem si fit à genere ad speciem, vel à toto ad partem, erit (vt ipse exponit) secundum sursum & deorsum. Si verò fit ab vno oppositorum in aliud, erit secundum dextrorsum & sinistrorsum. Si verò fit à causis in effectus, erit ante & retro. Si verò fit secundum accidentia quæ circumstant rem propinquam vel remotam, erit circuitus. Discursus autem rationis, quando est à sensibilibus ad intelligibilia secundum ordinem naturalis rationis, pertinet ad motum rectum. Quando autem est secundum illuminationes diuinas, pertinet ad motum obliquum: vt ex dictis patet. Sola autem immobilitas quam ponit, pertinet ad motum circularem. Vnde patet, quod Dionysius multo sufficientius & subtilius, motum contemplationis describit.

ARTIC. VII.

*Utrum contemplatio delectationem habeat?*

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod contemplatio delectationem non habeat. Delectatio enim ad vim appetitiuam pertinet. Sed contemplatio principaliter consistit in intellectu. Ergo videtur quod delectatio non pertineat ad contemplationem.

¶ 2 Præ-

*Loco cit. in arg.*

*In solut. ad 2. Locis in ar. 1. 2. cit.*

854

*1. 2. 9. 3. a. 5. cor. Et 4. d. 15. 9. 4. a. 2. 9. 2. ad 1. Et 11. cor. de heb. princ.*